



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 24. Historia hujus Papæ usque ad illius electionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

§. XXIV.

Sæcul. XVI.
A.C. 1585.*Historia hujus Papæ usque ad illius
electionem.*

Hic idem Pontifex Piceni oppi-
do, cui a Cryptis nomen, pro-
pe Montalti arcem ex parentibus ad-
modum pauperibus natus erat, cujus
pater

lumniis proscindit, ac Præsules spectatissimos,
Nuntios, Cardinales, Principes, & Pontifi-
ces vulgi ludibrio exponit, aliunde in judi-
cando temerarius, in suis inventionibus ma-
lignus, atque ad iniquissimas opiniones sem-
per proclivis: unde merito omnia ejus opera
inter damnatæ memoriæ libros fuere relata:
quam fraudulenta autem malitia in vita Sixti V.
venenum suum obvio Lectorum oculo velare
studuerit, vel exinde patet, quod ad libri
sui initium subdole hunc Pontificem hoc in-
genti elogio celebrare voluerit: *scribo vitam,*
non jam cujusdam Pontificis, sed cujusdam ex
maximis Christianæ Reipublicæ Principibus,
celeberrimi totius Orbis Monarchæ, & talis
Principis, qui justitiæ compendium, & mira-
culorum epilogus exstitit. Postea tamen veri-
tati agnitæ, ac a semetipso declaratæ repug-
nans Sixti vitam ita prosequitur, ut ejus li-
ber nil nisi ad arbitrium excogitata, & arti-
ficiofa fabula, ineptiis, irrisionibus, malitio-
sis relationibus, & anaeronymis ubique re-

T 3

pleta

Sæcul. XVI. pater nomine Franciscus Perettus ibi-
A.C. 1585. dem erat Vinitor cujusdam prædivitis
 civis, qui eundem, ut ipsius ancillam
 nomine Gabanam duceret, adegit, ex
 ea autem Franciscus tres proles susce-
 perat, duos scilicet filios, unamque Fi-
 liam: porro ex filiis natu major, cujus
 vitam describimus, die decima tertia
 Decembris anno Christi millesimo quin-
 gentesimo vigesimo primo natus Felicis
 nomen in sacro fonte acceperat: dum
 vero nonum ætatis suæ annum attige-
 rat, a suo Patre, qui Filium alere haud
 poterat, cuidam agricolæ ad pascen-
 das oves committebatur, cum tamen
 ejus Dominus Felicis obsequio haud
 contentus esset, illum castigaturus ad
 porcorum custodiam condemnabat, ubi
 ad humile hoc obsequium ob extre-
 mam paupertatem descendere cogeba-
 tur.

pleta merito censeatur, in hoc vero præci-
 pue culpandus venit, quod suas fabulas ex
 libellis famosis, quos Sicariorum fautores,
 alienique boni usurpatores a Sixto V. puniti
 sparserunt, mutuarit, easque novis ludibriis
 auxerit, eo fine, ut Lectoribus suis odium in
 summos Pontifices, omnesque Ecclesiasticos,
 totamque Ecclesiam Catholicam malitiosis suis
 dicteriis purioris linguæ ornamento conditis
 instillare possit.

tur. (*) Verum hic puer ad majora Sæcul. XVI.
A.C. 1585.
natus quondam obvium habuit quem-
dam Ordinis Fratrum Minorum Alum-
num nomine Michaellem Angelum Sel-
leryum, qui jejunii Verni tempore
Ascoli

(*) Quot verba, tot falsitates, quippe I. quamvis Sixti V. Parentes ob Montalti oppidi devastationem a Francisco Maria Urbini Duce illatam suis bonis, omnique suppellectili fuerint spoliati, ipsis tamen adhuc in oppido Cryptarum supererat domus quædam propria, & divites consanguinei, aliaque bona, ex quibus honeste vivere poterant. II. Falsum est, nulloque authentico testimonio comprobari potest, quod ejus Parens Vinitoris, officium egerit. III. Ipsi Matrem fuisse cujusdam divitis civis ancillam nomine Gabanam rursus veritati historicæ repugnat: illa enim vocabatur Mariana Camerini ex nobili genere nata; quippe in Codice Vaticano N. 5563. dicitur: *Sixtus natus est Matre Mariana ex Camerina urbe*; rursus ipsemet Sixtus in quodam Purpuratorum Senatu die 20. Decembris ann. 1589. asseruit, quod Mater sua Camerini nata fuerit: insuper Petrus Galefinus testatur, quod *Camerinenses statuam æneam erexerint in memoriam MARIANÆ MATRIS optimæ*: ex quibus constat, illam non Gabanam, sed Marianam fuisse appellatam, prout etiam patet

ex

Sæcul. XVI.
A.C. 1585.

Afcoli prædicatum iturus a recta se-
mita deviabat, hunc igitur accessit Fe-
lix, eumque usque ad urbem comitari
voluit, quamvis hic Religiosus pluri-
bus allatis rationibus ei persuadere co-
natus fuerit, ut iterum reverteretur:
inca-

ex quodam venditionis factæ instrumento ann.
1554. ubi hæc verba leguntur a Notario Julio
Sclara scripta: *Mignucius vendidit Patri Ma-
gistro Felici Peretto, & Dominae Marianæ Ma-
tri suæ hanc possessionem &c.* Præterea Capi-
tolensis Auctor Anonymus testatur, quod ejus
Mater cum Petro-Benedictis nobilissima Ca-
merinensi familia sanguine juncta fuerit, qua-
propter Gregorius XIII., dum Joannem Ma-
rianum de Petro-Benedictis Maturanum Epi-
scopum ann. 1577. creaverant, specialiter con-
secrationis munus Felici Peretto postea Sixto
V. commendabat, & ipsemet Sixtus V. eun-
dem pluribus favoribus cumulabat. IV. Iti-
dem falsitatem sapit, quod Felix nono ætatis
suæ anno ad pascendas oves, porcosque fue-
rit amandatus, quippe in Codice Vaticano,
necnon apud Petrum Galasinum refertur,
quod *ejus parens nunquam accuratam illam, ac
vere paternam in filio Felice instituido dili-
gentiam remisit . . . statimque, ac annum
ætatis septimum attigit, ad quoddam Augusti-
niani Ordinis cœnobium in eodem Cryptarum
oppido studiose perduxerit, ut literis imbueretur;*
dum

incassum tamen erant omnia, quippe hic puer sedulo ipsum conducens eadem exponebat, quod exigua Patris sui fortuna propenso suo ad literas animo

Sæcul. XVI.
A.C. 1585.

dum vero octavum attigerat annum, ibidem Sixtus V. in cognatæ suæ domo liberabatur, ne aquis suffocaretur: postea autem *Frater Hieronymus Patruus Flavii Blondi Ord. S. Francisci excitavit Patrem Sixti V. & Patruem illius Fratrem Salvatorem ejusdem Ordinis, ut Felicem bonæ indolis, & docilis ingenii puerum ex Cryptis Montaltum traducerent ad ediscendas literas, ut scribit Vallicellanus Author:* Si hæc annorum series consideretur, non reperiuntur anni, ubi Felix ovibus, porcisque suam curam addixisse videatur: sique idem anno 1521. natus usque ad octavum ætatis suæ annum proin usque ad annum 1529. vel 1530. liberaliter educatus fuerat, imo jamjam anno 1532. *sacro die Palmarum solemniter professionem in Religione sancti Francisci emisit, prout scripta Vaticana, Petrus Galestinus, & Barbarinus Anonymus testantur, omnino falsum apparet, quod pascendis porcis adjudicatus fuerit, quomodo enim in unico anno omnes literas percurrere potuisset, ut post unius anni Novitiatum professione emissa jam Philosophicis disciplinis cum tanto profectu incumbere potuerit, si autem, antequam porcorum*

custo-

Sæcul. XVI.
A.C. 1585 mo obesset, proin ardentem exoptaret,
ut cujusdam Religioni obsequio sese ad-
dicere posset, ac lubenter eidem fide-
liter, exacteque in omnibus deservire
vellet, dummodo vicissim ipse ei ad stu-
diorum

custodiam egerat, humaniores literas jam di-
dicit, quis credat, tantæ spei juvenem tum
ad tam vile obsequium fuisse addictum.

(*) Rursus hic quædam deprehenditur hal-
lucinatio, minusque exacta relatio, quis enim
credat, novennem puerum a pascendis porcis
revocatum statim habitu sacro fuisse indutum,
& postea professione obstrictum: cum enim
Felix natus fuerit anno 1521. & quidem Mense
Decembri, nono autem ætatis suæ anno por-
corum custodiam susceperit scilicet 1530. vel
31. professionem autem emisit anno 1532.
& quidem in die Palmarum prout postea ex
monumentis fide dignissimis probabimus, ne-
cessè est, quod vix completo decimo ætatis
suæ anno solemniter voto sese Deo obstrin-
xisset: insuper si relatio Continuatoris æqua
foret, haud constaret, quo tempore Felix hu-
maniores literas discere potuisset: denique
relatio de Fratre Michaeli Angelo Selleryo
rursus dubiæ fidei est, Anonymus enim Val-
licellanus ait: *Frater Hieronymus Patruus*
Flavii Blondi Ordinis sancti Francisci, author
fuit magnitudinis Sixti V. Patre Peretto, &
Patru-

diorum progressum opem suam conferre non dedignaretur: cum ergo pia, ac prompta hujus pueri in respondendo celeritas, ingeniumque huic Religioso summopere placeret, simulque cognosceret, eundem ad amplectendum sancti Francisci institutum valde propensum esse, hinc illum Ascolum secum duxit, suoque Guardiano exhibuit, a quo etiam Fratrum, ut vocant, conversorum habitu indutus fuerat. (*)

Cum

Patruale ipsius Fratris Salvatoris ex disciplina sancti Francisci excitatis, & prope compulsis, ut Puerum bonæ indolis, & docilis ingenii ex Cryptis Montaltum traducerent AD EDISCENDAS LITERAS: igitur non Frater Angelus, sed Frater Salvator de Monte-Alto, qui fuit Patruus Sixti V. puerum Felicem tum novem annos natum, uti testatur Casimirus Tempesti tom. i. in vita Sixti V. fol. 43. in pietate, & literis educabat, atque, prout refert Galefinus, illum in anniversario jejuniorum cultu puerili sua ætate exercebat, ubi Felix adeo se submissum exhibebat, ut inter hosce Religiosos vivens in omnibus fideliter obtemperaret, nullumque opus esset tam humile, tam demissum, tamque abjectum, quod illis jubentibus ipse non præstiterit.

Sæcul. XVI.
A.C. 1585.

Sæcul. XVI.
A. C. 1585.

Cum ergo juvenis Felix magna ingenii felicitate polleret, magnosque in literis progressus faceret, hinc postquam requisitam ætatem attigerat, ad Novitiatum admittebatur, ut postea solemniter votorum sponcione sese Deo manciparet, quod & factum est die vigesima quinta Septembris anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo quarto (*) ita tamen, ut Felicis nomen

(*) Nec dies, nec annus consonat monumentis authenticis, quippe Hilarius Altobellus Scriptor coævus, & Anonymus Author, cujus scripti Codices in Bibliotheca Barberina Romæ asservantur, necnon Anonymus Bibliothecæ Vaticanæ, & Petrus Galesinus testatum reliquerunt, quod *Felix non multo post religiosum Seraphici sancti Patris Francisci habitum induerit, Et cum annus ejus sæculi MDXXXII. ageretur, sacro die Palmarum solemniter professus sit eundem Ordinem - - - item: magna expectatione Felix apud suos cum esset, divine factum, ut a pueritia Deo in religione sancti Francisci dicatus, maximas, Et in doctrina, Et in moribus progressionem faceret - - - cujus habitum Deo bene juvante susceptum congruo tempore gestavit, Et solemniter, riteque anno MDXXXII. die dominica Palmarum professionem emisit. Tertius vero Scriptor rursus hæc ait: Quo per congruum gestato habitu*

tem-

men, quod in sacro fonte receperat, retinere voluerit (*) evoluto autem studiorum curriculo, cum inter suos semper emineret, Doctoratus laurea decoratus non sine magna nominis sui fama Verbum Dei prædicabat, variisque in locis Theologiam tradebat: ast suorum confratrum invidiam, atque æmulationem pertæsus opportunam nactus est occasionem comitandi Boncompaganum Cardinalem Hispaniæ Legatum, cui

tempus, rite demum anno MDXXXII. die dominica Palmarum solemnibus se Deo votis Felix adstrinxit.

(*) Rem hanc Anonymi Scriptores, quorum Codices in Bibliotheca Vaticana, & Barberina asservantur, referunt, dicentes, quod quidem *Frater Salvator vehementer institerit, ut Felix Antonii nomine appellari se velle ipsius rogatu pateretur: Id ille ideo petebat, eo quod sancto Antonio peculiari quadam animi devotione esset addictus, atque in ejus etiam honorem ipsius Majores in sancti Francisci Templo, quod in oppido Montis-Alti est, sacellum exstruxissent, ac rite consecrandum curassent: Verum Franciscus Perettus Felicis Genitor illius oraculi memor, obstitit &c. quippe in somno sibi audire videbatur hæc verba: Quid lamentaris o Perette? ne timeas, bono animo sis: uxor tua, quæ gravida nunc est, infantem pariet, qui totam tuam domum FELICEM efficiet.*

Sæcul. XVI.
A.C. 1585.

Sæcul. XVI
A.C. 1585. cui Felicis merita, ejusque ingenii acies satis perspecta erant: postquam vero Alexandrinus Cardinalis post Pii IV. obitum in summum Pontificem electus erat, Felix ab eodem Romam accersitus primo supremus Ordinis sui Minister, ac postea Agathensis Episcopus, ac denique Cardinalis renuntiatur, ab illo tempore semper maximi momenti negotiis præfectus: mortuo autem Pio V. a Gregorio XIII. ejus Successore minus benigne habitus, raroque ad graviores causas adhibitus fuit.

§. XXV.

Hujus Papæ Pontificatus.

*Labi vie de
Sixt. V.*

Quamprimum Sixtus divi Petri Cathedralam conscenderat, immoto studio in id incumbibat, ut suum cuiusvis jus tribueretur, legesque tam Ecclesiasticæ, quam civiles integre servarentur, hinc obtento Pontificatu ditio- nem ecclesiasticam a proscriptis, qui suis latrociniis ipsas etiam urbes impune infestabant, expurgabat, ac securitati publicæ prospiciebat, effrænem illam coercens licentiam, quæ sub priori Pontificatu plurimum invalescebat, eapropter justitiæ Ministros stricto gladio insequi, vel illis quovis pacto resistere, crimen esse reputabatur, cujus
venia